

Thesis XXXI.

Motus

stella me-
dius.

Motus stelle medius seu equalis est arcus Zodiaci seu orbis sui in-
ter principium Arietis vel Apogæum medium, & lineam motus medii
interceptus, secundum vel contra signorum seriem numeratus.

Thesis XXXII.

Motus
stella ve-
rus.

Motus stelle verus seu inæqualis est arcus Zodiaci seu orbis stella
inter principium Arietis vel Apogæum verum, & lineam motus veri
interceptus, secundum vel contra signorum seriem numeratus. Dici-
tur aliàs etiam apparens, & quidem propterea, quia revera no-
bis ex terra ipsum observantibus ita apparet: ob quam causam
etiam verus appellari solet. Inæqualis autem dicitur,
quia æquali eodemque temporis intervallò diversus & inæqua-
lis h.e. modò velox, modò tardus, modò alius apparet; Undè
ab Artificibus æquatus fuit, quem propterea vocant æqualem,
quia æqualibus momentis æqualem describit arcum. Differunt
autem ambo certis in locis certo quodam orbis seu Zodiaci ar-
cu, qui vulgò nominatur *prostapharesis*.

Thesis XXXIII.

Prostha-
paresis.

Est itaq; *Prostapharesis* nihil aliud, quàm arcus orbis seu Zodia-
ci inter locum stelle medium & verum, seu Apogæum medium & ve-
rum interceptus: Sic dictus, quod arcui motus stellæ medii mo-
dò additur, modò subtrahitur. Nonnullis etiam vocatur *Æ-
quatio*.

Thesis XXXIV.

Cæterùm arcus hi numerantur tum secundum Longitu-
dinem tum secundum latitudinem. Undè motus etiam duplex
emergit: *Longitudinis & Latitudinis*. Ille numeratur vel in Zo-
daico & in specie *Longitudo* appellatur, vel in Eccentrico, Epicy-
clo & Circulo parvo, & *anomaliam* vocatur.

Thesis XXXV.

Longitu-
do.

Longitudo numerari incipit vel ab *Æquinoctio verno*, eoque sive
vero, ut *Longitudo fixarum, sive medio*, ut *Præcessio Æquino-
ctiorum simplex*, *Longitudo solis & reliquarum quinque erran-
tium*, ex quibus tamen in superioribus tribus specialiter *Longi-
tudo Eccentrici* vocatur: Vel à centro ipsius corporis solaris, ut *Lon-
gitudo Lunæ*; Undè *Longitudo à Sole* vulgò appellatur.

Thesis